Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

De vita Francisci Xaverii, qui primus e Societate Jesu in Indiam & Japoniam Evangelium invexit - Cod. Ettenheim-Münster 188

Torsellini, Orazio

[S.l.], nach 1607

Caput IIII.

urn:nbn:de:bsz:31-115990

Visual Library

Ternatinos denuò excolit
Caput IIII.

Molucum inde repetens, Ternatem reversus
à Ternatinis ingenti gaudio exceptus, torpen-
tes ad studium virtutis excitat, vacillantes
confirmat, corroboratque. Ratio autem erat
talis. Diebus festis bis in die concionabatur Concionaria.
manè ad Lusitanos, post meridiem apud indi
genas: illos quidem ad honestam piamque vitam
invitans, hos verò Christianis mysteriis maxi-
mè erudiens, & à vanâ deorum religione deter-
rens. Quotidie antimeridiano pomeridianoque
tempore confitentibus utrisque promiscuè dabat
aures. Quarta quoque et sexta feria ad Lusi
tanorum conjuges seorsim indigenas de Symboli
capitibus, praeceptis decalogi, de Sacramentis
Confessionis et Communionis separatim vesper-
tino tempore quadragesimæ tempus. Eru-
diebat. Erat tum quadragesimæ tempus. Eu-
circa earum plurimæ Paschale Sacrosanctæ Eu-
charistiæ convivium, à quo ad id tempus abstinuerant,
piè religioséque celebrarunt. Cæterum jam diu
peregrinantem Xaverium domestica quorundam
sociorum cura in Indiam revocabat. Itaque quam
primum in Amboinum trajicere decrevit, ibi
Indicam transmissionem expectaturus. Sed Præ-
fecti avis Ternatinæ, solatium Misericordiæ
aliorumque Lusitanorum summæ preces eum co-
egerunt Ternate diutius commorari, quanquam
non invitum, quod operæ apud illos positæ ne-
quaquam eum pœniteret. Inter hæc Franciscus
cupido incessit barbari Regis animum tentandi
Rex Molucci Regis Lusitani stipendiarius, Sara
ceni-

cernere erat, non tam professione quàm vitâ. Quippe is, quo minus Christianus fieret, non Mahometica religione impediebatur, sed libidinis immoderata licentia. Nam praeter pellicum greges, conjuges centum regiam implebant. Rex igitur, sive comitate, sive etiam sanctimonia Xaverij captus, omni eum honore colebat, regni proceribus pariter indignantibus: ac miram in modum ejusdem amicitiam expetebat, spem ostentans suscipiendi aliquando Christiana sacra: cum diceret eundem à Saracenis et Christianis Deum coli; et fore aliquando tempus, cum utrique in unam religionem coirent. Caeterum etsi Francisci congressu, colloquioque delectari videbatur, tamen immoderata vitae libertas Christianae obstabat religioni. Id modo expressum ab eo, ut polliceretur se unum è liberis suis, quos habebat plurimos, ad baptismum daturum eâ conditione, ut is deinde Christianus Mauricarum insularum regnum obtineret. Itaque quia nondum matura res erat, ipse Xaverius, Regis amicitiam tuebatur, ut in potestate; ita Regis amicitiam ... popularibus colendis haud segnius elaboraret. Idemque Ethnicorum animos tentans, reperiebat eos, quanquam à Saracenis ad Mahometicos ritus compellerentur, longè minus à Christo abhorrere quàm à Mahomete, Saracenos porrò ipsos utpote suae disciplinae ignaros minimè in ea esse pertinaces. Quocirca utrorumque conversionem in expedito futuram ratus, si Societatis domicilium in Moluco institueretur, id omni ratione curare statuit; ac deinde favente Christianae rei Lusitaniae Rege perfecit. Praecipuum interim opus erat, Lusitanos ac Neophytos instruere, quod haud sanè irritum fuit. Nam sex mensium

Regis Moluccensis uxores centum. Rex Moluci impensè colit Xaverium.

Ethnici Moluccenses minùs à Christo, quàm à Mahomete abhorrent.

Collegium Societatis in Moluco.

sicut labor uberrimum illi ex Ternatinis retulit fructum. Quippe oppidanorum animos divinis sermonibus, Sacramentis, caeterisque rebus adeò excoluit, ut omnium judicio alii populi, quàm erant antea, viderentur. Compertum ex maximo pellicum numero duas omnino Christianis incolis reliquas esse fantur. Nec ulla res magis profecit, quàm sanctitatis opinio, maximum in persuadendo momentum, divinis indiciis confirmata. Per id enim tempus inter concionandum auditores subitò rogavit, ut suppliciter Pater et Ave pro Jacobo Ægidio, classis Lusitanae praefecto, in Amboino animam agente, recitarent. Idque postea ita fuisse, certis autoribus compertum. Eaque res venerationem Francisci auxit, deinde etiam desiderium. Sexto mense postquam eò appulerat, discedere parabat, Amboinios revisurus. Itaque pro eximia in eum caritate, cuncta se in portum civitas effudit. In discessu verò ejus undique cum fletu clamor cadentis civium, magistrum, custodem, parentem, confusis appellantium vocibus; ut Patrem singulos amplectentem, velut oblitum itineris, misericordia tenentem, velut oblitum itineris, morarentur. Commota sunt quippe viscera ejus super grege suo. Denuum eos blandè solatus, aegrè admodum se ab illorum complexu divellit, omnibus ingenti fletu atque ejulatu digressum ejus prosequentibus.

vaticinatio

Ternatinorum amor in Xaverium.

Lusitanus egregiae de barbaris victoriae et valete et autor est.

Cap. V.

Laetum Ternatinorum pietate Xaverium tristis de Tolanorum perfidia nuncius perculit. Tolum alterius Mauricae insulae oppidum est, sicut antè diximus, neophytis à Francisco initiatis. sanè

Toli oppidi defectio à religione divinitus vindicatur